



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec- || catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XIX. V. Confessio ob id, quòd confitens Poenitentiae prius iniu[n]ctae
oblitus est, iteranda sit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

rita mala plangere, & plangenda iterum nō
committere.

QVARTVM dictum. Non etiam satis
est sic dolere, nisi propter **DEVM**, summè
dilectum hominem pœniteat. Patet hoc ex
sententia Augustini, dicentis: Sine amore **Aug. in li.**
DEI consequetur veniam, sine quo nemo **de Confes.**
ynquam inuenit gratiam? Quasi dicat, non.

QVINTVM dictum. Qui sic pœnitet,
etiam si non intensè, & per certum tempus
doleat, sufficiēter dispositus accedit, vt gra-
tiam, tam ex opere operantis, quàm ex ope-
re operato consequatur. Hoc patet ex **Cap. Qua-**
Qualis de Pœnitentia, vbi dicitur: **Quantu-** **lis de Pœ-**
lamcunque, & quantum libet breui tempore **nit. dist. 3.**
gestam pœnitentiam DEVS acceptat.

Qui autem non accesserit cum ea pœni-
tentia, quæ dicta est, fictus accedit, & indi-
gnus, qui gratiam Absolutionis assequatur.
Ac proinde, si de facto fictus huiusmodi à
Sacerdote absoluitur, verè non absoluitur;
cùm nō vera materia Absolutionis subsistat,
vbi Confessio non ex vera cordis pœniten-
tia procedit, & per consequens huiusmodi
Confessio venit de necessitate iteranda.

Estne Confessio ob id, quòd confitens **Questio**
Pœnitentiæ prius iniunctæ ob- **XIX.**
litus est, iteranda?

I 2

Non

Caput IIII. De Confessione

Responſio. **N**ON: Quia cum eo confitit, quod Cōfessio prius facta, simul & Absolutio, fuerit legitima & valida, & propterea non iteranda. Nam fieri potest, pœnitentem cum debita contritione, & prœmissa debita discussione conscientia, absque aliquo impedimento fuisse suo proprio Parocho cōfessum; quæ Confessio & Absolutio, proculdubio fuit valida, tam ex parte confitentis, quam absoluentis. Confessio autem & Absolutio semel legitimè facta, non potest reddi inanis per peccatum, post committendum. Ac proinde, si postea succedat iniunctæ pœnitentiæ obliuio: non inde fit, vt Absolutio, quæ fuit valida, ita spoliatur suo effectu; vt vana fiat.

Si tamen peccator velit in hoc sæculo pro peccatis confessis satisfacere iuxta qualitatem, & quantitatem peccatorum, quæ commisit, & iniunctæ pœnitentiæ oblitus est; poterit eadem peccata iterum confiteri, ad finem hunc, vt debita pœnitentia illi iniungatur: attamen hoc voluntatis est, non necessitatis; quia liberum est pœnitenti, in hoc sæculo satisfacere, aut satisfactionem ad Purgatorium differre.

Quæstio **E**stne Cōfessio, cum necessariò reiteranda est, particulariter & explicitè repetenda; an sufficit, in genere dicendo: Confiteor me omnia illa commississe, quæ olim vobis confessus fui?